Jure, Dominio, et proprietate tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice ad extrema duntaxat Vitae suae tempora Usufructuar. Post mortem verò et de hac Luce decessum eiusdem Mariti sui ex tunc bona suprascripta morte eiusdem Consortis derelinquenda ad Successores suos, sine quovis impedimento et Contradictione Successorum mariti sui totaliter et plenarie devoluentur, stis suis praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia Mediantibus.

Idem Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Praemysliens Nobilis Iwan Terlecki Zymbowicz, Nobilis Demiani Terlecki Zymbowicz cum olim Nobili Anna Polanska Consorte eius legitima procreatus filius sanus mente et corpore existens à terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet seumet Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Catherinae Nobilis Georgij Terlecki Olechnowicz cum olim Nobili Anna Pieseka procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusq posteris Summam Trecentorum florenorum polonicalium, ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in domum suam importatae, nec non aliam similem Summam Trecentorum florenorum polonicalium ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum mobilium et immobilium Summarumq quarumuis pecuniariarum, necnon auri, argenti, clenodiorum, unionum Margaretarum Vestium Vestimentorum, stanni aeris, cupri, orichalci pecorum pecudum, equorum equitiae ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit, dotauit, dotalitauit, inscripsit, et Reformauit, prout dat, dotat, dotalitat, inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Catherinam Terlecka Olechnowiczowna sui Recognoscentis Consortem Legitimam et ipsius Posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter suo

cum

014.

cum universis ipsis Utilitatibus et Usufructibus, Competentiisque et prerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi; ac ad usus suos et suorum Successorum quosvis bene placitos libere et effectualiter convertendi Vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et deinceps in Regno Polono observari solit.

Infidelis Izakowicz Krainskiemu scriptum Roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Infidelis Janas Izakowicz Judaeus et Incola Civitatis praesentis Praemysliensis sanus mente et corpore existens Foro suo competenti omisso et Jurisdictione propria posthabita praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad vim actus praesentis attinet, secum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos Successores in et super bonis suis quibusvis omnibus, summisque quibusvis parum habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus, scriptum certum manuale per se Recognoscentem, in rem et manus Generosi Samuelis Stanislai Krainski ratione certarum rerum et Conditionum in eodem scripto contentarum de actu et data illius hic Praemysliae die hodierna in actu contenta confectum et conscriptum datum, manu sui Recognoscentis propria subscriptum, in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis Conditionibus, punctis clausulis articulis Vinculo ligamentis universis firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eiusdem scripti manualis contentis tam in toto quam in quavis minima parte, toties quoties opus fuerit satisfacere, scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roborariam, Inscriptionem praesentem Roborariam ad praedictum scriptum vicissim in toto referendo, Idque sub Damnis Terrestribus, simpliciter absque corporali Juramento taxandis et edicendis, per eundem Recognoscentem sive illius posteros, suprascripto Generoso Krainski, aut illius Successoribus, ob non complementum contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum

#. Naszkowic

tam